





13.

57

COLLEGII FEVDALIS

DISPUTATIO VI.

De

Modis Feudum constituen-
di: conventionem feudali & successione,

Quam,

D. O. M. A.

In celeberrima VVitebergensium
Academia,

SVB PRAESIDIO

HELFRICI VLRICI HVNNII
Marpurgensis Hesi U. J. D.

Exercitij causâ proponit

DAVID BOLDEMAN

Rupino-Marchicus.

Ad diem 27. Iunii horis 8 loco consuetis.



VVITEBERGÆ

Typis Laurentij Seuberlichij.





VIRVM

STRENVVM,

SPLENDORE GENERIS,

ERUDITIONE,

AUTORITATE

Ac

VIRTVTIBVS HEROICIS

NOBILISSIMVM

DN. NICOLAUM

â Kötteritz / Hereditarium in Carve /
Consilij secretioris Serenissimi Electoris
Brandenburgensis Assessorem, & Capitaneum
in Alten Xuppin / Zetenich / Zechlin / Lindaw /
& Bellin.

*Studiorum Mecanatem ac
Patronum,*

Hoc exercitio Fendali humil-
limè besawvies

*David Boldeman Rapis
no-Marchicus.*

Modis Feudum constituendi.

The sis I.

Si quidam juris feudalis Interpp: modos feudum constituendi cum modis feudum acquirendi confundant; id quod etiam Obertum juris nostri feudalis compilatorem alicubi fecisse scribit VVesenbecius: Accuratè tamen constitutio feudi ab eius acquisitione: Modi constituendi à modis acquirendi discerni ac distingui debent *arg. rubricæ tit. 25. lib. 1. F. & tituli 33. lib. 2. §. 4. l. de servit. urban. præd. & § 1. l. de usufruct. junct. l. 3. ff. de O. & Act. l. 20. C. de pact. Sneideruin in Epitom. feud part. 4. n. 1. Anton. Contius in method. feud. cap. 7. Dultejus lib. 1. comm. feud. cap. 7. n. 1. et 2. W esenbecius in com. feud. cap. 6. in princip. Diss. Rittershus. in partit. feud. lib. 1. cap. 8. quest. 1. Bocer. in tractat. de investit. feud. cap. 2. n. 21.*

II. Qua autè ratione hi ab invicem discerni debeant, non una est atq; eadem omnium sententia: Sunt enim qui: modos acquirendi præcedere: Modos verò constituendi sequi existiment, & acquisitio-

A

2

nem

nem feudi priorem, constitutionem verò posteri-
orem statuunt. *Anton. Cont. in loco ad prox. thesin
citato.*

III. Sed tamen contraria opinio procul dubio
est verior, quòd nempe constitutio præcedat, se-
quatur acquisitio: cum prius sit ut aliquid consti-
tuatur, quam ut constitutum acquiratur. *arg. d. §.
4. l. de S. prædior. & §. 1. l. de Usufruct.*

IV. Quare & nos prius de modis quibus feu-
dum constituatur agemus. Illorum a. modorum
sunt duo: *Conventio & successio.*

V. *Conventio* illa fit aut nuda & simplici pro-
missione, aut solenni stipulatione. *d. §. 4. l. de ser-
vit. præd. & §. 1. l. de usufruct.*

VI. Simpliciter conventionem constituitur feudum
cum illa hoc inter duos agitur, ut unus rem
immobilem alteri utendam fruendam concedat;
accipiens verò vicissim pro hoc beneficio servitia
illi & fidelitatem præstet *arg. tit. 23. lib. 2. Feud.*

VII. De ista vero pactione primò quæritur, nu-
dane sit an vestita, inq; certum aliquem contra-
ctum transeat? Communiter obtinuit, istiusmo-
di conventionem esse contractum, neq; in nudi pa-
cti terminis subsistere. Verùm ab hac cõmuni opi-
nionem nos ratio juris conditi oq; ipsius conventio-
nis recedere cogit. *arg. l. 7. §. 2. ff. de pact. Vult d. lib.*

*non in ista dicitur pactione p. l. de
Conventioe soli in p. m. recepta. Et ex o. p. d. iure
non improbat dari actionem. V. in p. d. p. d. n. y*

1. de feud. cap. 7 n. 14. Cujacius in prælud. feud. circa
finem § lib 2. F. tit. 8. Niell. disput. feud. 4. th. 1. lit.
E. petr. de Bella pertica in tractat. feud. cap. 6. n. 5.
Diss. Borcholt. in tractet. feud. cap. 4. n. 10. Iohan. Ru-
ding. lib. 2. controvers. feud. cap. 26.

VIII. Hoc vero etsi quidam facile nobis largi-
antur, ac conventionem isthac simplicem nudam
esse ultrò fateantur, interim tamen illam legiti-
mam & ad actionem producendam efficacē mo-
ribus feudalibus effectam contendunt: Quod itis-
dem nobis displicet: Siquidē de illo, quod ipsi præ-
supponunt, ex moribus feudalibus nil quicquam
constat. Vide Rosenthal. in sinopsi feudali cap. 6. con-
cl. 5. vult. lib. 1. com. feud. cap. 10. n. 9. Duaren. in tra-
ctat. feud. cap. 18. n. 2. *secundum hanc sententiam*

IX. Quòd si stipulatione solenni facta sit feudi
promissio, dubium nullum est quin feudum con-
stitutum sit; & quidem ita ut constituens ad illud
præstandum quod promisit actione ex stipulatu-
cogi possit. Rosenthal. in d. conclus. 5.

X. Verùm num præcisè ad ipsum feudū præstā-
dum cōpelli queat; an verò præstatione ejus quod
interest liberetur? dubium est, necdum satis expe-
ditum; Verius tamen est quòd feudum promissū
præcisè præstandum sit, per text. in tit. 3. §. fin. §
tit. 26. §. si facta. lib. 2. Feud. Cujac. ad tit. 7. lib. 2. F.

Bocerus in tractat. de investit. feudi cap. 4. Et nos dicemus inf. in disputat. 8. Vide etiam Schneidervin in epitom. feud. part. 5. n. 129.

XI. Sic etiā Emptione vediticne ac permutatione cōstitui feudū efficaciter, ut ad tradendū etiā atq; ad investituram faciendam invitus compelli possit feudum constituens actione empti ex emptione; præscriptis verbis ex cōtractu permutationis, plus quā manifestum est; Verūm hi modi cōstituendi non sunt feudi proprii sed improprii: uti de emptione & feudo emptio supra statuimus in disput. 2. th. 88.

XII. Alter modus constituendi feudum est, *Succes-
sio*: Nam per successionem feudum non acquiri sed constitui solum probatur ex omnibus illis textibus juris feudalis, in quibus successor & heredi feudali ad obtinendum feudum investituram necessariam esse dicitur: E quibus vide tit. 55. § præter ea si quis § tit. 52. in fine lib. 2. F. vide Kuhl. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 23. Guibelm. Forner. in comm. de feud. cap. 1. Borcholt. in com. feud. cap. 7. n. 1. Sonsbec. part. 9. n. 1.

XIII. Est a. aliās successio duplex: ex testamento & ab intestato pr. Instit. de hereditat. quæ ab intestat. defer. l. 39. ff. de acquir. vel omit. hereditat. Valentin. Forster. in tractat. de succes. lib. 1. ca. 7. & 8.

XIV.

XIV. Verum moribus feudalibus ex testamēto non succeditur adeò ut, dicente Feudista, nulla ordinatio defuncti in feudo maneat aut valeat, *tit. 8. in pr. ubi Hotom. lib. 1. Feud.*

XV. Quod in tantum verum est, ut etiam si princeps valere ac ratam esse ordinationem defuncti jubeat; nihilo tamen magis subsistat, *arg. l. 13. §. 1. ff. comm. præd. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. l. 7. C. de precib. imp. offerend. tit. 7. in pr. Et tit. 13. lib. 1. Feud. cap. scelus 21. caus. 2. quæst. 1. Hotom. in d. tit. 8. lib. 1. Feud. Vult. c. 9.*

XVI. Nec robur habeat, etsi senior vel dominus feudi in ordinationem istam consenserit: Nisi & agnati proximi, de quorū præjudicio agitur, consensum suum de testamento disponendi vasallo accommodarint, *Sneidevvin. in Epitom feud. part. 6. n. 5. Hotom. in d. tit. 8. Curt. Jun. de feudis part. 4. n. 127. Et seq.*

XVII. Quamvis pro anima aut ad piam causâ de feudo vasallus disposuerit, *tit. 9. §. Donare 1. ubi ScheneK Baron 3. Et seq. lib. 2. F. junct. tit. 13. lib. 1. Rosenthal. cap. 7. concl. 2. n. 7. Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. n. 71. Curt. Jun. d. part. 4. n. 125. Sneidevvin. part. 6. n. 5. Rittersbus, in part. feudal. lib. 1. c. 12. 9. 4.*

XVIII. Sed cum dispositio testamentaria de feudo,

est
l. 39 §. 7.
legat. 2.
ob. ariter d. l. 39
§. 7. in Nisi illi
§. 7. d. de lego. i.

feudo, adeoq; legatū feudi non valeat: Quæritur
utrumne heres ad æstimationem feudi præstandā
teneatur ei cui à vasallo feudum legatū fuit? Com-
munis est Negantium sententia, sed verior affir-
mantium opinio arg. l. 114 §. 5. ff. de legat. 1. confer
ea quæ scribit Donell. ad l. multum interest 34. ff. de
V. O. Diss. Rosenthal, in d. cap. 6. concl. 2. n. 10. Et seqq:
Curt. part. 4. n. 126. Sonsbec part. 12 n. 88. Niell. in di-
sp. feud. 6. th. 4. in fine. Iohan. Ruding. lib. 1. contr.
feud. c. 31. Rittershus. cap. 12. q. 7.

XIX. Excipitur tamen hic feudum Hereditari-
um, quod scilicet merè hereditarium est: Nam hoc
cum jure hereditario habeatur in eoq; jure heredi-
tario succedatur; adeoq; nitatur jure hereditario,
dubitare non licet, quin de illo valeat ac subsistat,
ordinatio & dispositio testamentaria. Vult. lib. 1.
comm. feud. cap. 9. n. 74. Diss. Rosenthal d. concl. 7. Et
quos præterea ipse ibidem pro sua sententia allegat.

XX. Hoc igitur solùm & unicè excepto, firma
manet ac universalis regula superior Feudistæ:
quòd nulla vasalli de feudo ordinatio aut dispositio
maneat valeatq; d. tit. 8. in pr. lib. 1. F.

XXI. Ut ita altera solùm successionis species
quæ ab intestato locū sibi vindicat, in feudis obti-
neat. Etsi enim vasallus, ut modò prolixè dictum
est, de feudo testandi facultatem non habeat: Ta-
men

men & illi qui testari non poterant, si absq; testa-
mento decellerint, non improprie intestati dicun-
tur, l. 17. §. fin. ff. de acquir. hered. l. 2. §. 5. ff. ad SC.
Tertyll. l. 14. §. fin. ff. ad L. Falcid. Godd. ad l. 64.
n. 4. & seqq. ff. de U. S. Valentin. Forster. in tract.
de success. lib. 3. cap. 4.

XXII. Ad hanc autē successionem primo lo-
co & ordine vocantur jure feudali Descendentes
h. e. liberi defuncti vassalli; perinde ut jure commu-
ni in allodijs primum locum obtinent. tit. II. lib. 2.
F. ibidemq; Cuiacius Hotom. & Schenck. Baro. tit.
I. §. 1. lib. 1. F. Conrad. Rittersh. d. cap. II. q. 1 Borcholt.
in tract. feud. cap. 7. tit. de success. n. 10.

XXIII. Et quidem si plures sint ejusdem gra-
dus liberi succedunt in capita atque partes æqua-
les. tit. 8. in pr. lib. 1. Feud. ubi Schenck. Baro. n. 1.

XXIII. In tantum, ut si pater illorum expres-
sim in testamento disposuerit, ut in feudum libe-
ri inæqualiter succederent; dispositio sit nulla per
textum expressum in tit. 8. lib. 1. F. Zas. in Epitom.
feud. part. 8. n. 60. Rosenthal. in synopsi feudali cap.
7. concl. 3. Borcholt. cap. 7. tit. de success. n. 3. & 4.

XXV. Multò minus itaq; valet assignatio, qua
pater uni ex filiis totū assignat feudum, etiamsi
dominus feudi consentiat, per eundem textum
tit. 8. lib. 1. F. ubi Hotom. Rosenthal in d. concl. 3. nu.
4. vide & Schneidevv. in Epito. feud. part. 6. tit. 1.

B

de suc-

de success. ex testamento. num. 14. Curt. Imm. de feud.
part. 4. n. 131. & seq.

XXVI. Quod si disparis gradus liberi veluti fi-
lij & nepotes concurrunt; proximiores non ex-
cludunt remotiores; sed hi cum illis jure repræ-
sentationis succedunt in stirpes tit. 11. lib. 2. F. Ul-
tejus de feud. cap. 6. n. 14. Borcholt. in comm. feud. ca.
7. n. 46. Sonsbec. de feudis part. 9. n. 58. et 58. & seq.
Duaren. de feud. cap. 11. n. 5. Rittershus. in part. feud.
cap. 15. quæst. 2.

XXVII. Succedunt autem in feudis liberi tam
sui quàm emancipati, Quorum & hodie par ea-
demq; conditio est in success. allodiali Nov. 118.
cap. 1. tit. 11. lib. 2. F. Rosenthal. d. c. 7. concl. 16. n. 1. &
seqq. Duaren. d. cap. 11. n. 3. Borcholt. in tract. feud.
cap. 7. tit. de success. nu. 15. Rittershus. in part. feudal.
cap. 15. q. 1. U. Vesenbec. de feud. c. 6. n. 9.

XXVIII. Et succedunt in feudis liberi tam
heredes à patre instituti, quàm exheredati aut
præteriti: Et sive justè fuerint exheredati; sive
injustè, tit. 8. lib. 1. lib. 1. cap. 9. n. 100. & si. verò liberi.
U. Vesenb. de feu. cap. 9. n. 99. Sonsbec. part. 9. num.
61. Rosenthal. cap. 7. concl. 10. n. 8. & seqq. V. Vesenb.
cap. 6. n. 9. Diss. Z. 15. in Epitom. feud. part. 8. num. 8.
Duaren. in com. feud. cap. 11. n. 4. Sneidev. part. 6.
tit. de success. descendent. nu. 27. & seqq. Forcat. de
feud. cap. 5. n. 17.

VVTY

l. 12 s. 5
p. de bon. h.
curator.

XXIX. Sic enim & filius hereditate patris se
abstinens nihilominus in feudū succedit, *Pinell,*
in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 85. Geil. 2. obs. 154.
Hotom. ad tit. 45. lib. 2. F. & in disputat. feud. c. 19.
Dis. Rittershus. in part. feud. cap. 15. q. 15. Zas. part.
8. n. 15. & seq. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 4.
vide & Schenck Baronem in tit. 45. lib. 2. F. & Ro-
senthal. cap. 7. concl. 20. 21. & 22.

XXX. Quorum tamen utrumq; in feudo he-
reditario fallit: siquidem in hoc neq; justè filius
exheredatus, neque se hereditate paternā absti-
nens aut eam repudians succedit, ut verior habet
ac communior opinio; *arg. tit. 45. lib. 2. F. vide*
Authores ad prox. thesin allegatos.

XXXI. Cæterum descendentes, sive filij non
aliter succedunt, nisi legitimè sint nati: Adeò ut
Naturales filij licet postea fiant legitimi ad suc-
cessionē feudi, nec soli, nec cum aliis admittan-
tur, *tit. 26. §. Naturales, lib. 2. Feud. Niell. in disput.*
feud. 5. thes. 7. lit. d.

XXXII. Qui textus cum generalis sit, nec in-
ter legitimatos distinguat; Nec nostrum est di-
stinguere: Vnde sive per subsequens matrimoni-
um legitimati sint naturales liberi, *d. §. Natura-*
les ubi Hotom. Herman. Vultejus lib. 1. de feud. cap.
9. num. 91. Conrad. Rittershus. in partit. feud.
cap. 13. q. 3. Dis. Borcholt in tractat. feud.

B 2 cap.

c. ap. 7. n. 19. Duaren. de consuetud. feud. c. 11. n. 7 Runding. lib. 1. var. lect. feud. cap. 16. Sonsbec. part. 9. n. 71 Schenck Baro in d. §. Naturales n. 9. Et seqq. XXXIII. Sive legitimati sint per oblationem curiæ; Etiam si post oblationem factam pater feudum acquisiverit. d. §. Naturales. Nov. 84. cap. 4. junct. tit. 11. Et tit. 50. lib. 2. Feud. Vultei d. c. 9. n. 93. Rittersh. d. quest. 3. Diss. Borcholt cap. 7. part. 2 n. 53. Sonsbec. part. 9. n. 71.

XXXIV. Sive denique legitimati fuerint per rescriptum principis. d. §. Naturales. Vultei d. c. 9. n. 93. Borcholt. d. cap. 7. part. 2. n. 54. Fachin. lib. 7. contr. 49. Et seqq.

XXXV. Nisi domino & agnatis in legitimationem consentientibus. Vult. Et Borcholt. in loc. ad prox. thes. citat.

XXXVI. Alias certè princeps ne quidem ex plenitudine potestatis valet in præjudicium Domini & Agnatorum naturales liberos ad feuda legitimare: Quantumvis publica utilitas idipsum postulare videatur. arg. tit. 7. in princip. Et tit. 13. lib. 1. F. l. 2. in fine l. 5. ff. de natal. restit. cap. scelus. 21. caus. 2. quest. 1. l. 7. c. de precibus Imp. offer. l. 3. C. de rescind. vendit. l. 2. C. pro quibus caus. serv. pro præm. l. 13. §. 1. ff. com. præd. Vult d. cap. 9. nu. 93. Fachin. 7. contr. 49. Heig. in comment. ad tit. 1. et seqq. Inst. lib. 3. de legit. success. c. 5. n. 174. U Veesen. de

de feud. cap. 6. n. 12. Diss. Gail. 2. obs. 142. num. 13.
Schenck. Baro & Alvarott. in d. §. Naturales, Borcholt. d. c. 7. p. 2. n. 54.

XXXVII. Sic etiam filij adoptivi non admittuntur in feudis qualitercunq; etiam fuerint adoptati, ne in arbitrio vasalli sit per commentitios ac ficticios liberos dominum vel agnatos jure suo privare d. tit. 26. §. adopti 9. ubi Hotom. Alvarot. Cuiac. & Schenck. Baro. lib. 2. F. Rittershus. in part. feud. ca. 13. n. 4. et seqq. Zas. in Epitom. feud. part. 8. nu. 14. Vult. d. c. 9. nu. 90. U. Desenbet. de feud. cap. 6. n. 13. Vide Sonsbec. part. 9. n. 63.

XXXVIII. Denique à feudi successione remouentur filia, filius Clericus, Monachus, surdus, mutus, furiosus aut alias imperfectus & ad seruitia domino feudi præstanda ineptus: De quibus in disput. sequenti, iuvante Deo agemus.

XXXIX. Post descendentes in bonis allodialibus jure civili succedunt Ascendentes, sive parētes: Verum jure feudali ab omni successione feudi hi procul removētur, tit. 50. lib. 2. Feud. Conrad. Rittershus. in part. feud. cap. 12. q. 9. Borcholt. de feud. c. 7. tit. de succ. n. 9. Vultei. d. ca. 9. n. 101. Sonsbe. part. 9. n. 45. Sneidezov. in part. de success. ascend. nu. 1.

XL. Deficientibus itaque Descendentibus locus est collateralibus: tit. 11. lib. 2. F. Rittershus. in part. feud. cap. 13. in pr. Diss. Hoto. disputat. feud. 19. quē in citato loco refutat Rittershus. **XLI.**

XLI. Sed nec hi in quovis succedunt feudo, verum in paterno sive antiquo duntaxat: In novo non item *d. tit. II. Vult. cap. 9. n. 119. Vide & Fa. chin. lib. 7. contr. cap. 6.*

XLII. Etiam si hereditatem defuncti repudiarint: Nisi feudum hereditarium sit, vide quae allegavimus *sup. in thes. 29. et 30.*

XLIII. Inter hos verò collaterales primò locò succedunt fratres defuncti: sive germani sint, sive consanguinei; nec germani consanguineos excludunt: cum in feudali successione cognationis nulla habeatur ratio *d. t. II. lib. 2. F. Vult. in comm. feud. cap. 9. n. 108. Duar. de feud. cap. 11. n. 12. Harpr. ad pr. Inst. de hered. quae ab intestat. defer. nu. 350. Zas. part. 8. n. 82. Rittershus. in part. feud. lib. 1. cap. 16. q. 5. Borcholt. de feud. cap. 7. tit. de success. n. 80. Diss. Forner. in comm. de feud. tit. de success. collateral. regula 4.*

XLIV. Cum his verò concurrunt & fratrum praedefunctorum liberi, qui cum patris suis in stirpes succedunt iure repraesentationis, *d. tit. II. lib. 2. feud. iunct. Nov. 118. cap. 3. Vult. d. cap. 9. n. 109. Rosenthal. 7. concl. 56. n. 12. 13. 17. & seqq. Rittershus. 12. d. cap. 16.*

XLV. Soli verò inter se concurrentes fratrum liberi in capita succedunt & non in stirpes cum suo iure, non repraesentationis, succedant, *cap. 3. Nov. 118. Rittershus. in part. feud. cap. 16. quest. cum*

cum seq. Fachin 6. contr. 3. Zas. lib. 1. sing. respons. 7.
Vaud. 1. quest. 24. Donell. 9. com. 4. Harpr. in prin.
tit. instit. de hered. qua ab intestat. Borcholt in tract.
de gradibus in tit. de success. deficiend. Diss. Anton.
Fab. in disput. forensi subiuncta tractatui de var.
num. debit. solut. Sonsbec. de feud. part. 9. n. 100. &
seqq. & alij quos allegatos vide apud Harpr. in loco
modò citato.

XLVI. Deficientibus vero fratribus ac fratrum
liberis, successio feudi ad ceteros devolvitur col-
laterales: Qui in infinitum succedunt, salvâ ta-
men gradus prærogativâ tit. 1. §. 4. in fine lib. 1.
Feud.

XLVII. Cùm autem supputatio graduum co-
gnationis alia sit secundum Cæsareum jus; alia
verò secundum jus pontificiũ Hæque ab invicẽ
plurimum differant; Quæritur hîc non sine
caussa utra supputatio in successione feudali ob-
servari debeat? Nos, salvò aliorum iudicio pu-
tamus civilem potius quàm canonicam obser-
vari debere, tit. 37. 2. *Feud.* tit. 1. junct. tit. 8. lib. 1.
F. Vult. cap. 9. nu. 113. Rosenthal. cap. 7. conclus. 57.
Duaren. cap. 11. n. 14. Diss. Hotom. *Disput. feud. ca.*
19. *Hartm. Pistor.* lib. 2. quest. 19. n. 7. & seq. *Fa-*
chin. 7. contr. 26.

F I N I S.

Humanissimum atque Doctis-
simum Dn. Respondentem sympatriotam
ac amicum suum

πρὸς Φωνεῖ.

UT quos castra juvant & lituo tube
Permissus sonitus, bellaq; matribus
Detestata, movet Numen amabilis
Blandâ Laurigeram non sine spe toga:
Sic doctarum hederæ præmia frontium
Quos miscet superis palmaq; nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos
Symmistas Themidos, Iustitiæ decus.
(Qua nec lucifluus pulcrior Hesperus;
Nec monstrum domitor fortior Hercules;
Cui cedit pretio bractea chrysea,
Ac æquo inferior truttina pondere.)
L. L. hinc litigia; hinc quæstio fluctuans
Responsi ancipitis; Casare Caesaris
Oracla ambiguâ abditâ sensibus
Involvente, ratis evoluenteq;
Vt pax alma foro fulgeat; obvia
Recto rara Fides oscula mutuo
Amplexu tribuant; gressibus Æquitas
Terram omnem paribus Paxq; per ambulent.
His dum care studes, Feuda, DAVID, modis
Contracta omnigenis non sine Apolline
Exquiris. Faciet si steteris diu
Calle hoc Presbyterum te Themis arduum.

M. Sigismundus Evenius Navenâ-Marchis-
cus, Facultatis Philosophicæ
Adiunctus.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011




SB

VD17

Retrokonv.,





Farbkarte #13

B.I.G.



13.

57

FEVDALIS
 TIO VI.
 De
 n constituen-
 ali & successione,
 m.
 E. S.
 itebergensium
 mia,
 RESIDIO
 RICHI HVNNII
 Hessi U. J. D.
 ra proponit
 LDEMAN
 archicus.
 s & loco consuetis.

ERGÆ
 Seuberlichij.

